

Hyacintho scripta reliquit Saphiro peculiaria esse uidentur, hyacinthum a Saphiro minime separans.

De Sarda.

¶ Sub hoc genere coloris scilicet rubei continetur & Sarda, gemma uulgaris hodie, Darneolus dictus signandis cæris aptissima quoniam sculpta partem cære non aufert. Est autem Sardibus primum reperta, que urbs est Lydiæ, sed laudatissima, postea in Babylonia inuenta, quum lapicidini ibi asperirentur, herens in saxi corde, dehinc quæ plurimis locis alijs reperta. Sunt autem trium generum rubrum, & quod demiũ uocant a pinguedine. Tertium quod argenteis bracteis sublimatur. Indicæ prelucent crassiores sunt, Arabicæ inueniuntur circa leucada Epiri, & circa Ægyptum, quæ sublimantur aurea bractea. Et in his mares excitatius fulgent, foeminæ pinguiore sunt & crassiores nitent. Nec fuit alia gema apud antiquos usu frequentior, ut Menædri fabule testant, nec ullæ translucentes tardius, hũore hebetant, oleo quæ magis quæ alio liquore, quæ melle quæ uero existunt damnantur.

De Sardonyce.

¶ Ab hac gemma & onyce Sardonyx appellatur colorem unguis habens, in Sarda quasi carnibus ungue hominis imposito.

C 1 &

Darneol.